



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CLIV. Alia traditoria de venditione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

stram revocasti, vel nos exinde ejecisti, sed postea ad petitionem bonorum hominum nobis eam ad excolumendum reddidisti, propterea hanc precariam dominationi vestra emittimus, ut quandiu vobis placuerit ut eam teneam, absque ullo vestro prajudicio, quicquid reliqui accolani vestri faciunt, nos reddere ipodemus. Quod si non fecerimus, & in hoc negligentes, tardi, aut contumaces fuerimus, publicè per hanc precariam, ac si semper per quinquennium renovata fuisset, condemnati, ut lex præstitut tardis & negligenteribus, de ipsa terra nos pontificum habeatis ejiciendi. Facta precaria ibi sub die illo, anno illo, illo Rege.

*Cessio.*

CL. Latorum legum auctoritas & Principum decreta sanxerunt ut unusquisque, dum manet in corpore, de propria quam possidet facultate si quid alteri concesserit, voluntatem suam gestibus aut testibus aut scriptura profiteatur, ut perennibus temporibus inviolata permaneat. Igitur ego in Dei nomine ille tibi fideli nostro cedo à die præsente &c. *ut supra pag. 471.*

*Traditio cuicunque tradere voluerit.*

CLII. Latores legum sanxerunt ut qui de jure proprio alicui aliquid tradere voluerit, hoc coram pluribus testibus prescripturarum firmiter feriem faciat obligari, ut in ævum inconvulsu valeat permanere. Idcirco ego in Dei nomine ille venerabili viro illi. Dono siquidem tibi per hanc chartulam traditionis, sive per festucam atque per andelangum, aliquam rem meam in pago illo, in loco nuncupato illo, super fluvium illum, id est, mansos tantos, cum hominibus ibidem commanentibus vel adipicentibus, cum terris arabilibus, silvis, campus, pratibus, pascuis, vel quicquid in ipso loco nostra videtur esse posse. Sio vel dominatio, in ea verò ratione ut ab hac die hoc habeas, teneas, atque possideas, vel quicquid exinde facere volueris, liberam in omnibus habeas potestatem. Et si quis deinceps, quod futurum esse non credo, si ego ipse, quod absit, aut ullus quislibet de heredibus meis, seu qualibet extranea persona, contra hanc traditionem à me sponte factam aliquam calumniam generare præsumperit, exsolvore faciat dupliciter quantum eo tempore ipsa res valere dignoscitur, & quod repetit nullo modo evindicare prævaleat, sed magis præfens hæc chartula tam à me quam ab

Tom. II.

aliis bonis hominibus roborata omni tempore firma permaneat, cum stipulatione interposita. Actum.

*Traditoria de terra.*

CLIII. Veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, ante bonos homines qui subter firmaverunt, terram illam, id est &c. *ut supra pag. 447.*

*Alia traditoria de venditione.*

CLIV. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis nomine ille Missus illustris viri illius super fluvio illo, in loco qui dicitur ille, illum mansum &c. *ut supra pag. 448.*

*Alia traditio.*

CLV. Notitia loco traditionis, qualiter vel quibus praesentibus ante eos qui subter firmaverunt, ibique veniens homo aliquis nomine ille illas res vel villas illas, quas ipse ante hos dies per suam epistolam donationis ad monasterium illud in honorem sanctorum illorum constructum, ubi Dominus ille Abba præfesse videtur, à die praesente ad integrum concessit & confirmavit (jam nomina ill.) per portas & per ostia, & dictam donationem ad Missum de supradicto monasterio vel dicti Abbatis nomine illum viuis fuit per omnia & in omnibus, quantum illa epistola commemorat & infertum est, confignavit, tradidit, & veflivit, & per durpilum & festucam sibi foras exitum alienum vel spoliatum in omnibus esse dixit, & omnia virpivit, his praesentibus. Actum fuit ibi. & reliqua.

*Alia traditoria.*

CLVI. Notitia traditionalis, vel quibus praesentibus venit homo aliquis nomine ille ad illum mansum, quem ante hos dies per chartulam venditionis ad filium suum adfirmavit per ostium & anatalia, per herbam & vitem ei viuis tradidisse vel consignasse, & exitum inde se fecit, his praesentibus. & reliqua.

*Carta audienceialis.*

CLVII. Cum in nostra vel procerum nostrorum praesentia homo nomine ille hominem aliquem nomine illum interpellasset, dum diceret quod servo suo nomine illo una cum rauba sua &c. *ut supra pag. 396.*

*Judicium evidente, fratre charta testifica.*

CLVIII. Veniens ille in nostram vel procerum nostrorum praesentiam, suggestit quod homo nomine ille pagensis veller eum in villa, nulla manente causa, adfalsisset &c. *ut supra pag. 395.*

M m ij